

1634. modo existens nomen & habitum Laicum.

Derogatio contrarium.

Dat. die 29. Oct. 1634. An. XII.

tres, qui appellantur Laici, virtute, & meritis uniuersusque consideratis. §.4. Non obstantibus Literis pie memorie Pauli Papae Quinti Praedecessoris nostri, sub die 27. Augusti 1611. Motu proprio emanatis incipien. Circumspecta Sedis Apostolicae providentia, ac dictae Congregationis, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium praemissorum, quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum tenores praesentibus pro sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die vigesima nona Octobris 1634. Pontificatus nostri Anno XII.

CDLXVI.

Ne de cetero Fratres Ordinis Praedicatorum in partibus Indiarum existentes extra Conuentum vivant, seu maneat absque Sedis Apostolicae, & Superiorum eiusdem Ordinis licentia.

Istorum Fratrum materiam habes signatam ad Constit. II. Religiosam. Honoris Tertii. Tom. III. fol. 178. Fratres Praedicatorum sunt vere, & proprie Mendicantes prout in Constit. LXXXI. Romanus. Pii V. Tom. IV. Par. II. fol. 405.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Prohemium Injunctum Nobis desuper apostolicae servitutis officium postulat, ut Religiosorum quorumlibet felici, prosperoque regimini, atque statui iugiter consulentes, ea libenter statuamus, quae ad regularis disciplinae observantiam in dies magis promovendam pertinere dignoscuntur.

§.1. Cum itaque, sicut dilectus filius Procurator Generalis Fratrum Ordinis Praedicatorum Nobis nuper exponi fecit, indecens admodum esse videatur, ut eiusdem Ordinis Fratres, praesertim in partibus Indiarum extra domorum regularium claustra absque suorum Superiorum licentia vivant; Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut super praemissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur dicti Procuratoris Generalis votis, quantum cum Domino possumus, annuere, illumque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, &

Causae hujus Const.

poenis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati;

§.2. Ne de cetero dicti Ordinis Fratres in partibus Indiarum existentes extra Conuentum, Domorum, & aliorum dicti Ordinis locorum regularium claustra absque hujus Sanctae Sedis, & Superiorum eiusdem Ordinis licentia vivant, seu maneat, sub censuris ecclesiasticis, ac privationis vocis activae, & passivae poenis per eosdem Fratres extra claustra hujusmodi manentes, seu viventes, ut praefertur, eo ipso incurrendis, apostolica auctoritate, tenore praesentium prohibemus.

§.4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.5. Volumus autem, ut praesentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate ecclesiastica constituta munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die octava Novembris 1634. Pontificatus nostri Anno XII.

CDLXVII.

Confirmatio Decreti Congregationis Rituum circa Processiones, quae fiunt a Regularibus, & Confraternitatibus extra proprias Ecclesias.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad futuram rei memoriam.

§.1. Nuper pro parte dilectorum filiorum Abbatis Majoris, & Universitatis Parochorum Civitatis Hispanen. Nobis expositum fuit, quod a Venerabilibus Fratribus nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus Sacris Ritibus praepositis emanavit Decretum, tenoris subsequenti videlicet: Die 26. Februarii 1628.

§.1. Hispanen. Abbas Major, & Universitas Parochorum Civitatis Hispanen. citatis Prioribus Ordinum supplicaverunt definire. An Regulares possint facere Processiones extra claustra Monasteriorum. Item. An stante consuetudine aliqua faciendi Processiones extra claustra per vias publicas sine consensu Parochi, talis consuetudo Regularibus suffragetur, & sit atten-

Præcipit prout in Rubrica.

Contrariis derogat.

Transumptis creditur.

Dat. die 8. Nov. 1634. An. XII.

Ex regest. in Secretis Brev.

Decretum Congr. Rituum;

Quo methodus Regularibus, & Confraternitatibus. Processiones faciendi praescribitur.

attendenda, & Sacra Rituum Congregatio ad tollendas difficultates, quae quotidie oriuntur circa Processiones faciendas, tam per Regulares, quam per Confraternitates in Ecclesiis Regularium, inhærendo Decretis aliis in similibus factis, & signanter in Cæsaraugustana decimasextima Martii 1617., censuit in Processionibus faciendis, tam per Regulares, quam per Confraternitates ita imposterum servari debere, ut in Ecclesiis habentibus claustrum facere non possint Processiones, nisi intra claustra tantum, & non extra; In Ecclesiis vero carentibus claustro, fieri possint intra ambitum, hoc est prope muros Ecclesiae, sive exeundo a janua Ecclesiae, & intrando per aliam, sive per eandem, & semper prope muros Ecclesiae; extra vero ambitum Ecclesiae non licere Regularibus, neque Confraternitatibus facere Processiones, nisi de licentia, consensu, aut cum Cruce Parochi, exceptis tamen illis Ecclesiis, quae habent in hoc speciale privilegium faciendi Processiones per alia loca, quibus per hoc Decretum Sacra Congregatio non intendit praedjudicare. Datum 19. Septembris 1634.

Petitur pontificia confirmatio.

Confirmatur.

Clausula.

Obstantium derogatio. Dat. die 15. Nov. 1634. An. XII.

CDLXVIII.

Quod in Familia Ultramontana, sicut in Cismontana. Ordinis Fratrum Minorum de Observantia duo Fratres Germani Definitorii interesse non possint.

De hujusmodi Fratribus, lege, qua notavi ad Const. CLXXXII. Sacrosanctum. Tom. V. Par. V. fol. 423.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad futuram rei memoriam.

§.1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Didacus de Zea Commissarius Generalis Curiae Fratrum Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia, quod juxta regularia eorum instituta apostolica auctoritate confirmata, ut factioibus obvietur, & aliis pro bono gubernio, Definitorii eorumdem Fratrum Italiae, quibus quatuor dumtaxat Definitores, Custos, & Provincialis intersunt, duo interesse non possint, qui sint Fratres germani. Cum autem, sicut eadem expositio subijungebat, in divini cultus, & religionis augmentum maxime cessurum sit, si idem in eorundem Fratrum Definitorii Regnorum Hispaniarum observentur; Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut super praemissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

Causae hujus Const.

Confirmat; prout in Rubrica.

§.2. Nos igitur dicti Didaci Commissarii Generalis votis, quantum cum Domino possumus, annuere, illumque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati; quod etiam eorundem Fratrum Definitorii Regnorum Hispaniarum duo interesse non possint, qui sint Fratres Germani, idque quemadmodum in Definitorii Italiae, omnino observari debeat, sub indignationis nostrae, & censuris ecclesiasticis, necnon privationis vocis activae, & passivae poenis ipso facto per contrafacientes incurrendis, apostolica auctoritate, tenore praesentium statuimus, ac praecipimus, & mandamus.

§.3. Decernentes nihilominus irritum, & inane, quicquid fecerit super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Decretum irritans.

§.4. Non obstantibus praemissis, ac quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dicti Ordinis juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Derogatio contrarium.

Dat. die 23.
Nov. 1634.
An. XII.

Urbanus Octavus An. XII.

Datum Romae apud Sanctam Mariam
Majorem sub Annulo Piscatoris die vige-
simatertia Novembris 1634. Pontificatus
nostri Anno XII.

CDLXIX.

Clerici Regulares Pauperes Matris Dei
Scholarum Piarum non comprehen-
duntur in Decretis circa Regularium
reformationem editis.

*Hac Decreta primum edidit Clem. Octavus ut
in Constit. CCXLII. Nullus. Tom. V.
Par. II. fol. 340. Quae postea confirmavit
Urbanus Octavus in Constit. LXXXIII. Sa-
crofancti. Tom. V. Par. V. fol. 243. Vide
etiam Constit. CCLXVIII. Ad ea Pauli
Quinti Tom. V. Par. IV. fol. 226. Et Con-
stitut. XLII. In supremo. ibid. fol. 404.
Scholas autem sub hujusmodi denominatio-
ne erigi vetuit idem Urban. VIII. Consti-
tuit. CCCXLII. Nuper. Tom. VI. Par. I.
fol. 226.*

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Romanum decet Pontificem, si qua
circa Constitutionum, seu Decreto-
rum Apostolicorum intelligentiam dubia
oriuntur, declarationis suae ministerio de
medio remove.

Causa hu-
jus Const.

§.1. Cum itaque, sicut pro parte di-
lectorum filiorum Clericorum Regula-
rium Congregationis Pauperum Matris
Dei Scholarum Piarum, Nobis expositum
fuit, a nonnullis in dubium revocetur,
an dicti exponentes sub decretis de Novi-
tatis, nonnisi in certis Monasteriis, & Locis
a Sede Apostolica designatis recipiendis
per felicis recordationis Clementis Papae
Octavi Praedecessorem nostrum editis, &
a Nobis confirmatis, comprehendantur.

Declaratio,
de qua in
Rubrica.

§.2. Nos omnem in praemissis dubi-
tandi materiam de medio tollere, distol-
que exponentes specialibus favoribus, &
gratiis prosequi volentes, & eorum sin-
gulares personas a quibusvis excommuni-
cationis, suspensionis, & interdicti, aliis-
que ecclesiasticis sententiis, censuris, &
penis a jure, vel ab homine quavis occa-
sione, vel causa latis, si quibus quomo-
dolibet innodatae existunt, ad effectum
praesentium dumtaxat consequendum ha-
rum serie absolventes, & absolutas fore
censentes, supplicationibus illorum nomi-
ne Nobis super hoc humiliter porrectis in-
clinati, de Venerabilium Fratrum nostro-
rum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardina-
lium negotiis Regularium praepositorum
consilio, dictos Clericos Regulares dictae
Congregat. Pauperum Matris Dei Schola-
rum Piarum non comprehendi in Decretis
praefatis dicti Clementis Praedecessoris per
Nos approbatis, & innovatis, quemad-
modum non comprehenduntur ceteri

Clerici Regulares, apostolica auctoritate,
tenore praesentium declaramus.

§.3. Sicque observari, & per quoscum-
que Judices ordinarios, & delegatos, etiam
causarum Palatii Apostolici Auditores,
judicari, & definiti debere: ac irritum,
& inane, si secus super his a quoquam
quavis auctoritate, scienter, vel ignoran-
ter contigerit attentari, decernimus.

§.4. Non obstantibus praemissis, ceteris-
que in contrarium facientibus quibus-
cumque.

Datum Romae apud Sanctam Mariam
Majorem sub Annulo Piscatoris, die de-
cimaseptima Novembris 1634. Pontifica-
tus nostri Anno XII.

CDLXX.

Mandat Nuncio Poloniae, ut moneat Epi-
scopos illius Regni, quatenus vocati
veniant ad Synodum, & Comitia Regni.

Venerabili Fratri Honorato Archiepiscopo
Larissen. nostro, & S. Sedis Apostolicae
in Regno Poloniae Nuncio.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ven. Frater salutem, & apostolicam
benedictionem.

DE juribus Ecclesiarum quarumlibet
praesertim Cathedralium, & Metro-
politinarum jura creditum Nobis desuper
apostolicae servitutis officium jugiter
soliciti Fraternitati tuae per praesentes
committimus, & mandamus, ut Regni
Poloniae Episcopos hortaris, & auctoritate
nostra moneas, quatenus ad Synodum
Provincialem, & ad Comitia Regni praedi-
cti, quoties vocati fuerint, accedant,
alias si vocati ad Synodum, & Comitia
hujusmodi non venerint, tunc ne propter
eorum absentiam jura Ecclesiarum praedi-
ctarum aliquod detrimentum patiantur,
liceat Venerabili Fratri Archiepiscopo
Gnesnen. Metropolitanano, & Primati dicti
Regni uti potestate super negligentibus si-
bi a Concilio Tridentino, & Sacris Cau-
onibus tradita.

§.2. In contrarium facientibus non
obstantibus quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctam Mariam
Majorem sub Annulo Piscatoris, die vi-
gesimaquarta Novembris 1634. Pontifica-
tus nostri Anno XII.

CDLXXI.

Super residentia Episcoporum, Archie-
piscoporum, Metropolitanorum, &
aliorum Ecclesiarum Cathedralibus Prae-
fectorum, etiam S. R. E. Cardinalium,
cum praesertim termini ad proficiscen-
dum ad suas residentias, & determina-
tione penarum, ac prohibitione ab ip-
s

Clausula
sublata.

Clausula de
rogatoria.

Dat. die 17.
Nov. 1634.
An. XII.

Ex Reges. in
Secretis Brevis.

Mandatum,
de quo in
Rubrica.

Contraria
tolluntur.

Dat. die 24.
Nov. 1634.
An. XII.

sis non discedendi absque Sedis Aposto-
lice licentia ex quibusvis, etiam ur-
gentissimis causis.

*Multa super hoc sanciverat Concil. Trident.
indicatum in Apostillis hujus Const. §.1.
& 2. & etiam vide Const. XII. De salute.
Pii Quarti Tom. IV. Par. II. fol. 36. Ac
Constit. CV. In Suprema. ibid. fol. 207.*

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Comp. Trid.
multa san-
tauit circa
residentiam
Episcopale
sef. 6. c. 1.
de Ref.

§.1. **S**ancta Synodus Tridentina sub re-
colenda memoria Paulo Papa
Tertio Praedecessore nostro, ad discipli-
nam ecclesiasticam restaurandam, pro-
vide statuit: Ut omnes, quacumque di-
gnitate, gradu, & praerogativa fulgen-
tes, Patriarchalibus, Primatialibus, Me-
tropolitanis, & Cathedralibus Ecclesiis
quibuscumque quovis nomine, titulo praefec-
ti, apud eas personaliter residere debe-
rent: alias, si per sex menses continuos
absentent, amissionis quartae partis fru-
ctuum unius anni poenam ipso jure incur-
rerent: quod si per alios sex menses in ab-
sentia perseverarent, tunc aliam quartam
partem fructuum hujusmodi eo ipso amit-
terent: crescente vero contumacia, Ro-
manus Pontifex suprema ejus auctoritate
in ipsos absentes animadvertere, & Eccle-
siis ipsis de Pastoralibus utilioribus provide-
re posset.

Et sef. 23.
capit. 1. &
sef. 24. c. 12.
de Ref. sub
Pio IV. qui
etiam addi-
dit Constit.
hic indica-
tam.

§.2. Deinde sub felicis recordationis
Pio Quarto etiam Praedecessore nostro
eadem Synodus declaravit, omnes eisdem
Patriarchalibus, Primatialibus, Metro-
polititanis, & Cathedralibus Ecclesiis
praefectos, etiam si S. R. E. Cardinales forent,
obligari ad personalem residentiam in
sua Ecclesia, vel Dioecesi faciendam:
nec abesse posse, nisi ob legitimas causas,
in scriptis approbandas. Et in eorumdem
Concilii decretorum executionem idem
Pius Quartus Praedecessor per suas sub
plumbo sub dat. 7. Kal. Decembr. 1564.
expeditas Literas monuit eosdem praefatis
Ecclesiis praefectos, in virtute sanctae obe-
dientiae, ac ultra poenas in eodem Conci-
lio contentas, sub privationis eorum a
regimine, & administratione ipsarum Ec-
clesiarum, ac amissionis facultatum tes-
tandi, & disponendi, aliisque poenis suo-
rum, & Romani Pontificis arbitrio imponendis,
mandavit eisdem, ut in Ecclesiis praefa-
tis omnino personaliter residere deberent:
Denique certior factus, quod multi eo-
rumdem praefectorum erant inobedientes,
Motu suo proprio, commisit Camerariae Apo-
stolicae Auditori generali, ut contra illos
usque ad sententiam procederet, & sibi
deinde referret, ad effectum in eos pri-
vationis, & depositionis sententiam in suo
Consistorio secreto pronuntiandi.

Et successi-
ve Greg. XIII
declaravit,

§.3. Successive alii etiam Romani Pon-
tifices contra non residentes diversa edicta
publicari fecerunt: ac pie memoriae Gre-

Urbanus Octavus An. XII.

gorius XIII. etiam Praedecessor noster per
suum Decretum Consistoriale declaravit,
decreta ejusdem Concilii de personalis resi-
dentia in Ecclesiis praedictis faciendae
etiam in S. R. E. Cardinalibus locum ha-
bere, quocumque titulo illis praesentent,
itaque a reatu, & poenis in dicto Conci-
lio statutis, non excusarentur, nisi ab-
sentiae causa in scriptis approbata foret: scien-
tiaque, vel tolerantia non excusaret eos-
dem Cardinales, nec alios Episcopos.

§.4. Similis quoque mem. Clemens
Papa VIII. etiam Praedecessor noster per
simile Consistoriale Decretum pro obser-
vantia residentiae personalis ab eodem
Concilio ordinatae addidit poenam inha-
bilitatis ad majores dignitates, & Eccle-
sias obtinendas: prout in praefatis Conci-
liis, ac Literis Apostolicis, Consistoria-
libusque Decretis latius continetur.

§.5. Cumque etiam Nos edicta contra
non residentes saepius publicari fecerimus,
& tamen praeteritis mensibus aliqui, etiam
S. R. E. Cardinales, Metropolitanis, seu
Cathedralibus Ecclesiis ex concessione
apostolica praefecti, sine obligationis ad
personalem residentiam in eis faciendam,
immemores, in grave animarum suarum
detrimentum, ac ovium sibi creditarum
praedictarum, ab eisdem Ecclesiis abesse
continuarent, etiam sub praetextu suorum
titulorum Cardinalatus, praesertim Epi-
scopalium prope Urbem, seu in Urbis
districtu respective consistentium, & quod
in eadem Urbe in conspectu, & praesentia
nostra moram traherent: Nos pro nostro
pastorali debito, nedum animarum praefatarum,
sed etiam Ecclesiarum indemitati,
providere volentes, in Consistorio
nostro secreto declaravimus, eosdem Sanctae
Romanae Ecclesiae Cardinales, qui illis
Ecclesiis Metropolitanis, & Cathedralibus
praerant, & apud eas non resederant,
nec residebant, non fecisse, nec facere
illarum fructus suos, etiam sub praetextu,
quod alicui ex dictis Ecclesiis Episcopali-
bus, quibus Cardinales in ordine priores
esse solent, praesideant, & ibi, vel in
Urbe commorentur, aut cujusvis tole-
rantiae, vel facultatis, praeterquam per
Breve speciale nostrum, vel Romani Pon-
tificis pro tempore existentis, sibi concessae:
Ideoque eosdem Cardinales monui-
mus pro prima vice, ut ad residentiam
hujusmodi statim se conferrent, sub amissionis
fructuum eo ipso incurrenda, & aliis
canonicis poenis, animo etiam proceden-
di ad ulteriora, si non paruiscent, & prout
in Decreto nostro Consistoriali plenius
habetur.

§.6. Quia vero ab inde citra non om-
nes, prout tenebantur paruerunt, sed ali-
qui adhuc contumaces existunt: Nos, ut
omnino debitum suum agnoscant, & ani-
mabus subiectis, quantum Nobis ex alto
conceditur, magis consultum sit, ulterius
providere volentes, Concilii Tridentini
Decretis, & Literis Apostolicis, Motu
proprio, ac Consistorialibus Decretis

etiam officio
S. R. E.
Cardinales.

Clem. VIII.
penas inha-
bilitatis ad
majores di-
gnitates ad-
didit.

Hic Pontif.
edicta publi-
cari una-
cum poenis
justis contra
non residen-
tes, & eos
monuit, ut
ad residentiam pergerent.

Tamen quia
omnes non
obedierunt
Conc. Trid.
& Constit.
Apost. con-
tra ipsos e-
ditis appro-
bat, & con-
firmat, ac
cretis

1634. advers. prae-
sentum non
usum inno-
vat, & re-
stituit.

Ac praecipit
singulis Epi-
scop. etiam
S. R. E. Car-
dinal. sub
gravissimis
poenis, ut se
conferant in
fra tempus
hic assigna-
tum ad resi-
dentiam.

A qua non
discedant,
nisi de licen-
tia Sedis
Apost.

Idem ser-
vandam a
promoven-
dis ex nunc
declarat.

cretis praefatis inherentes, illorumque tenores, ac si de verbo ad verbum inferentur, pro plene insertis, & expressis habentes, Motu simili, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque apostolica potestate plenitudine, praefata Concilii decreta, Literasque Apostolicas, ac primordium Motum proprium, Decretaque Consistorialia praefata, & in eis contenta quaecumque hac nostra Constitutione perpetua confirmamus, & approbamus, & quatenus foret opus, adversus quemcumque praesentum non usum, vel contrarium usum, innovamus, & plenissime restituimus.

§.7. Insuperque omnes, & singulos, Ecclesiis Patriarchalibus, Primatialibus, Metropolitanis, Archiepiscopalibus, & Episcopalibus, quocumque nomine, seu titulo praefectos, etiam S. R. E. Cardinales, a praefatis suis Ecclesiis absentes, in virtute sanctae obedientiae, ac sub interdicti ingressus Ecclesiae, amissionisque tam fructuum earundem Ecclesiarum pro tempore, quo absentia duraverit, quam facultatum testandi, & disponendi de bonis suis a Sede Apostolica sibi aliis concessarum, eo ipso absque alia declaratione incurrendis, necnon privationis a regimine, & administratione suarum Ecclesiarum huiusmodi, aliisque poenis, nostro, & Romani Pontificis pro tempore existentis, arbitrio infligendis, districte praecipiendo monemus, ut omnibus postpositis, quantocius, in Romana Curia videlicet moram trahentes intra unum, extra eam vero in Italia intra duos, extra vero Italiam existentes intra quatuor menses, a die publicationis praesentium, in locis infrascriptis faciendae computandos, quos pro tribus canonicis monitionibus, peremptoriisque dilationibus, & terminis respective eis assignamus, & assignatos esse volumus, se itineri committere, & legitimis itineribus ad Ecclesias, seu Dioeceses suas proficisci, & se personaliter conferre, ac ibidem, ut tenentur, residere debeant.

§.8. Eisdemque praefectis, postquam personaliter ad residendum se contulerint, necnon quibuscumque aliis, apud suas Ecclesias quodcumque personaliter residentibus, sub eisdem poenis, etiam eo ipso respective incurrendis, injungimus, ne ab eorum Ecclesiis discedant, nisi prius obtenta nostra, & Romani Pontificis pro tempore existentis per Breve, seu Literas missivas, licentia.

§.9. Illos etiam, qui imposterum per Nos, seu Romanos Pontifices Successores nostros, alicui praefatarum Ecclesiarum Patriarchalium, Primatialium, Metropolitanarum, Archiepiscopalium, & Episcopalium quovis nomine, vel titulo praefecti fuerint, etiam si S. R. E. Cardinales quodcumque fuerint, vel sint, sub eisdem poenis, etiam eo ipso respective incurrendis, debeant, & quilibet ipsorum debeat infra praefatum tempus, a die eo-

rum promotionis ad aliquam Ecclesiarum praefatarum inchoandum, quod eis pro tribus monitionibus, & dilationibus, ut praefertur, ex nunc assignamus, pariter se itineri committere, & ad Ecclesias, si-ve Dioeceses sibi commissas, ad personaliter in eis residendum, conferre; Et respective postquam residere inceperint, ab illis non discedere, nisi obtenta prius a Nobis, & Romano Pontifice pro tempore existente, licentia praefata.

§.10. A quarum poenarum incurfu nolimus posse aliquem se excusare praetextu, & ratione cujuscumque servitii quomodolibet praestiti, & praestandi pro gerendis, & tractandis negotiis quoruncumque Principum, etiam Imperatorum, & Regum, aut Rerumpublicarum, Regnorum, ac Provinciarum; nec ratione cujuslibet iussionis, vel mandati eorum, vel earum, quodcumque facti, vel faciendi; nec etiam ratione prosecutionis, seu defensionis quarumcumque litium, seu controversiarum, etiam ecclesiasticarum; vel ineundi foederis, aut cujuscumque alterius negotii, etiam gravissimi, & speciali mentione digni, tractandi, vel distantia locorum, aut brevitate temporis, ob quam non videatur expectanda Sedis Apostolicae licentia praefata, antequam a suis Ecclesiis, & Dioecesibus discedant, aut ratione cujuscumque alterius causae, vel occasionis, etiam publicae, vel aliis favorabilis, & aequae pie, etiam cujuslibet utilitatis, sive necessitatis Ecclesiarum, & personarum, praeterquam personalis interestis in Synodis provincialibus, vel Congregationibus, seu Assembleis generalibus, in quibus Ecclesiastici intervenire solent; vel ratione muneris, aut Reipublicae officii Episcopatus, vel Ecclesiarum majoribus praefatis adjuncti, cujus ratione ad certum tempus occupari solent; & tunc pro tempore, quo illae Synodus, Congregationes, & Assembleae, exercitiumque muneris, seu officii publici ipsis Ecclesiis adjuncti, actus duraverint; quibus finitis, recto tramite ad Ecclesias praefatas sibi commissas se conferre debeant. Nec etiam a praedicta residentia, & poenarum praefatarum incurfu volumus excusari S. R. E. Cardinales nunc, & pro tempore existentes alicui praefatarum Ecclesiarum praefectos, seu praeficiendos, etiam si tamquam in ordine priores aliquem ex dictis titulis Episcopalibus prope Urbem, vel in eius districtu consistentibus, obtineant, & imposterum obtinuerint, & in praedictis Episcopatibus titularibus Urbi proximis residerint, vel in Romana Curia in suis titulis respective, etiam Nobis, ac Romanis Pontificibus Successoribus nostris scientibus, & videntibus, & quomodolibet tolerantibus moram traxerint, itaut nulla nostra, ac Romanorum Pontificum Successorum nostrorum conniventia, taciturnitate, & ad quarumcumque functionum, & actuum Pontificalium etiam publicorum, & fo-

Quodque non possit se excusare ex quacumque causa hic descripta excipiendo nonnullos casus.

Ac Card. in vacatione Sedis Apostolicae.

Clausulas huius Constitutionis praefativae addit.

lem.

Exequutores deputat contra transgressores cum facultate procedendi usque ad sententiam exclusive.

Tempus fixit Episcopis Ultramontanis pro visitatione limitationum Apostolorum.

Ac Card. in vacatione Sedis Apostolicae.

Clausulas huius Constitutionis praefativae addit.

lemnium celebrationem, & receptionem, & admisionem, unquam tueri se possint.

§.11. Et pro praemissorum, & infrascriptorum inviolabili observatione committimus, & mandamus dilecto filio Camerae Apostolicae generali Auditori nunc, & pro tempore existenti, quatenus contra omnes, & singulos praedictos, tam in Urbe, quam alibi commorantes, & in suis Ecclesiis, seu dioecesibus non residentes, per affixionem ad valvas Basilicae Sancti Petri, ac in acie Campi Florae, & quoad praesentes in Romana Curia ad abundantiore cautelam, etiam dimissa copia, procedat: Et constituto sibi, quantum sufficere videbitur, summarie, simpliciter, & de plano, sola veritate inspecta, & manu regia, de contraventione, & inobedientia praefatis usque ad sententiam exclusive procedat; & deinde Nobis, & Romano Pontifici pro tempore existenti referat, ut Nos, ac Romanus Pontifex pro tempore existens in Consistorio ad sententiam declarationis incurfus poenarum, ac respective privationis, seu depositionis, aliarumque punitio praefatarum inobedientium, valeamus, & ipse Pontifex Romanus pro tempore existens valeat procedere.

§.12. Volumus tamen Episcopos, Archiepiscopos, Metropolitanos, Primates, & Patriarchas, etiam S. R. E. Cardinales citra montes, vel mare existentes, per quatuor, alios vero ultra montes, vel mare degentes per septem menses continuo a residentia in praefatis Ecclesiis faciendae ad effectum visitandi limina Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli iuxta sacros Canones, ac Apostolicas Constitutiones pro qualibet visitatione excusari: ita tamen, ut tunc illis durantibus, visitationis huiusmodi munus explere teneantur, nec ad alios actus se divertant.

§.13. Cardinalibus vero nunc, & pro tempore existentibus, qui in casu vacationis Sedis Apostolicae ad electionem Romani Pontificis faciendam accedere solent ad locum Conclavis ad hoc designati, concedimus licentiam discedendi ab Ecclesiis praefatis sibi commissis, habita tamen prius certa notitia vacationis ipsius Sedis Apostolicae, & extra-residentiam in loco, in quo electionem huiusmodi celebrari contingat, commorandi, & permanendi usque ad peractam electionem, ac etiam postea per duos menses, postquam Romanus Pontifex coronationis suae insignia suscepit: quo tempore elapso, praefati Cardinales, nisi illico, ut praefertur, ad Ecclesias praefatas, quibus praesidere eos contigerit, se contulerint, subjaceant poenis supradictis.

§.14. Praesentes quoque Literas, omniaque, & singula in eis contenta de subreptionis, obreptionis, ac cujuscumque nullitatis, aut invaliditatis vitio, intentionisque nostrae, ac quocumque alio defectu quantumlibet substantiali, etiam ex eo, quod in praemissis quomodolibet in-

teresse habentes, vel praetendentes, & praesertim eidem Ecclesiis praedictis nunc, & pro tempore praefecti, etiam ejusdem Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, praemissis non consenserint, nec ad ea vocati, & auditi, solemnitatesque, & quavis alia servanda, & adimplenda nullatenus servata, & adimpleta; & causae, propter quas praesentes emanaverint, adductae, verificatae, seu alias sufficienter, aut etiam in aliquo justificatae non fuerint; ac quocumque alio colore, praetextu, occasione, & causa, etiam in corpore juris clausis, & alia quacumque quantumvis rationabili, iusta, & privilegiata; etiam tali, quae ad effectum validitatis praemissorum necessario exprimens foret, a quoquam notari, impugnari, retractari; in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci non posse, nec sub quibuslibet similibus, vel dissimilibus Constitutionum, siue dispositionum etiam Motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, etiam consistorialiter, aut aliis quomodolibet per quoscumque Romanos Pontifices Praedecessores, & Successores nostros, ac etiam per Nos factarum, & faciendarum, revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus pro tempore quomodolibet factis, comprehendendi, sed semper ab illis excepta, perpetuoque valida, firmaque, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac per omnes, & singulos, ad quos spectat, & quomodolibet spectabit in futurum, inviolabiliter observari.

§.15. Sicque, & non aliter in praemissis omnibus, & singulis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, Nuntios, & praedictae S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, ac quoscumque alios quavis auctoritate, & potestate fungentes, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, declarandi, interpretandi, & definiendi facultate, ubique iudicari, interpretari, declarari, & definiiri debere: itaut si umquam aliquod dubium, seu haesitatio super praemissis, seu eorum aliquo oriri, vel suscitari contingat, nullus, praeter Nos, ac Romanos Pontifices Successores nostros, possit praesentes Literas quovis modo interpretari, & declarare: ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

§.16. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, etiam in Conciliis universalibus, generalibus, provincialibus, & synodalibus editis, & edendis, ac Cancellariae Apostolicae regulis, etiam primae, & cujuslibet secundae editionis, & quatenus foret opus, de non tollendo jure quaesito, Statutis quoque, etiam juratis, & consuetudinibus, etiam diuturnis, & immemora-

Contra quam iudicari prohibet.

Contraria revocet.

mora

morabilibus Ecclesiarum prefatarum, & cujuslibet earum, & licentiis alias, ut praefertur, impetratis, ac privilegiis, & indulgiis, etiam Apostolicis, eisdem Ecclesiis, earumque Praefulis quomodolibet, & ex quacumque causa, hic forsitan de necessitate exprimenda, concessis etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, etiam consistorialiter, ac alias quomodolibet emanatis, ac quocumque juramento per eosdem Ecclesiis hujusmodi praefectos sub quovis praetextu, vel causa praefito, & praestando: quod fuisse, & fore nullum, ac irritum, & minime obstare, neminique suffragari, quo minus ab integra observatione praesentium in aliquo excusari possit, declaramus, & quatenus opus sit, decernimus; necnon omnibus, & singulis, quae Praedecessores nostri praefati in suis Literis, & Decretis praefatis voluerunt, non obstare. Quibus omnibus, & singulis, eorum omnium, & singulorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, ad effectum praesentium plenissime, specialiterque, & expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Præceptis pluribus Ecclesiis quomodolibet residere debeant, declaratur.

§.17. Volumus etiam, quod ii, qui duabus, vel pluribus Ecclesiis praefatis ex earum unione, vel alias ex concessione, seu dispensatione apostolica quocumque nomine, vel titulo praefati sunt, vel pro tempore erunt, a residentia, & poenis hujusmodi excusentur, dummodo in eorum altera, in qua de jure residere debent, vere, & personaliter resideant; exceptis tamen, ut praefertur, Ecclesiis Episcopalis Urbis proximis, quibus Cardinales in ordine priores praesse solent; residentia enim, si quae apud praefatas Ecclesias titularum Cardinalium feret, aliquam excusationem eisdem Cardinalibus, ut praefertur, non praestaret, quo minus ipsi in alia, vel alia Ecclesiis praefatis, quibus eos etiam pro tempore praefici contigerit, residere omnino teneantur.

Publicationem in Urbe omnes afficere, decernit.

§.18. Quodque, ut praesentes, & in eis contenta quacumque ad omnium notitiam amplius deducantur, & ne aliquis de eis ignorantiam praetendere possit, eisdem praesentes per aliquem, seu aliquos ex Curforibus nostris, ut praefertur, in valvis Basilicarum S. Petri, ac acie Campi Florae affigantur, & publicentur: quae sic affixae, & publicatae omnes, & singulos, quos concernunt, afficiant, & ardeant, ut praemittitur, perinde ac si unicuique eorum personaliter intimatae, & notificatae fuissent.

Dat. die 12. Dec. 1634. An. XII.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die 12. Decembris 1634. Pontificatus nostri Anno XII.

Archiepiscopo Thessalonicensi committitur, ut deputet Visitatorem in locis Patriarchatus Aquilejensis. Roman. Imperatori in temporalibus subiectis.

Ex Regest. in Secret. Et c.

Ven. Fratri Archiep. Thessalonicensi.

URBANUS PAPA VIII.

Ven. Frater salutem, & apostolicam benedictionem.

Um, sicut accepimus, Patriarchatus Aquilejensis Civitatem, & multa Oppida, Terras, & Loca sibi in spiritualibus subiecta comprehendat, quorum aliqua charissimo in Christo filio nostro Ferdinando Romanorum Regi in Imperatorem electo, aliqua vero dilectis Filiis Nobilibus Viris Duci, & Reipublice Venetiarum in temporalibus subdita sunt, a multis autem annis ea, quae in Ferdinando Romanorum Regis in Imperatorem electi supradicti ditione temporalis existunt, ab Ecclesia Aquilejensis Praefule visitata non fuerint, & Ven. Frater modernus Patriarcha Aquilejensis. certis ex causis Nobis notis ea haecenus minime visitaverit;

Causae faciendae commisionis.

§.2. Nos ne Ecclesiae, aliaque loca pia in praedictis locis existentia, eorumque habitatores, & Incolae aliqua in spiritualibus, & temporalibus detrimenta patiantur, ex debito nostri pastoralis officii providere volentes, Fraternitati tuae praesentes committimus, & mandamus, ut Venerabilem Fratrem Episcopum Seccovien. in omnium, & singulorum locorum praedictorum dicto Ferdinando Regi in Imperatorem electo in temporalibus subiectorum Visitatorem auctoritate nostra deputes, ad effectum, ut tamquam Visitator Apostolicus, eisdem Ecclesiis, personas, & loca praedicta visitet, & quo ad ea, quae disciplinam ecclesiasticam concernunt, & reformatione indigent, corrigat, & reformet. Nos enim eidem per te deputat. omnem jurisdictionem, & potestatem necessariam, & opportunam ad nostrum, & Sedis Apostolicae beneplacitum, & sine praedictis quorumcumque iurium ambarum partium scilicet tam Ferdinandi Regis in Imperatorem electi, quam Reipublicae praedictorum concedimus, & impertimur.

Commissio, de qua in Rubrica.

§.3. Non obstantibus praemissis, ac quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indulgiis, & Literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis

Derogatio contrarium.

fertis habentes, illis aliis in suo robore permanentis, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 12. Januar. 1635. An. XII.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die decimasecunda Januarii 1635. Pontificatus nostri Anno Duodecimo.

CDLXXIII.

Quod Fratres Ordinis Praedicatorum Professi in Conventibus pro Novitiatus non designatis simpliciter emittant novam Professionem sine nova Fratrum Vocalium acceptatione.

Novitii in quibus locis sint recipiendi, designavit Clem. VIII. in Constit. CCLXVIII. Regularis. Tom. V. Par. II. fol. 410. Novitii Fratrum Ordinis Praedicatorum in articulo mortis in manibus Praetorum, ante tempus Regulam praefiteri possunt, ut in Const. CLII. Pii V. Summi. Tom. IV. Par. III. fol. 123.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad futuram rei memoriam.

Quamplures regulares probationis anni in Conventibus ad hoc designatis non faciebant.

§.1. Aliis per Nos accepto, quod quamplures Ordinum, Congregationum, & Institutum regularium Professores ad habitum regularem recepti, probationis annum in Monasteriis, seu Domibus Regularibus ad id designatis, vel ab Apostolica Sede approbatis minime fecerant, proinde iuxta Constitutionem sel. rec. Clementis Papae VIII. Praedecessoris nostri desuper editam professio per eos subinde emissae invalida existebat;

Urbanus concessit Ordinariis locorum eos iterum ad professionem admittendi.

§.2. Nos Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris bon. mem. Scipioni Episcopo Sabinensi Cardinali Burghesio nuncupato Majori Poenitentiaro, vel Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, caeterisque Ordinariis locorum, in quibus eorumdem Religiosorum Monasteria, Domus, seu Conventus, aliaque regularia loca consistebant, sive ipsorum Religiosorum Praefectis, vel Superioribus generalibus per nostras in simili forma Brevis sub die 2. Aprilis 1631. expeditas Literas commisimus, & mandavimus quatenus omnes, & singulos Religiosos praedictos, qui ad habitum regularem aliis canonice recepti annum probationis in Monasteriis, seu Domibus Regularibus ad id designatis minime fecerant, subindeque professionem nihilominus emiserant, ad professionem denuo servatis aliis servandis emittendam, quae sic emissae illis, & eorum cuilibet tam in foro interiori, quam exteriori suffragari deberet, absque novo probationis anno, ex speciali hujus Sanctae Sedis benignitate auctoritate

Bull. Rom. Tom. VI. Par. II.

nostra apostolica reciperent, & admitterent, eisdemque, postquam professionem denuo, ut praefertur, emisissent, ad omnes gradus, honores, dignitates, praeminentias, atque habilitates, quas, si ab initio valide professi essent, legitime obtinerent, eadem auctoritate restituerent, ac restitutos eo ipso esse, & ceteri declararent, itaut haberent eundem locum, sessionem, & votum, prout haberent, si priores professiones valida fuissent, & nondum promoti ad omnes etiam sacros, & presbyteratus ordines, servatis aliis servandis, promoveri, & tam ipsi, quam alii ad eisdem ordines jam rite promoti in susceptis ordinibus hujusmodi, etiam in altaris ministerio ministrare libere, & licite valerent, necnon omnes actus, sive contractus, quos contraxerant, & legitime contraxissent, vel cum Laicis, vel cum aliis Monasteriis, seu alterius Religionis viris, si nullum aliud paterentur vitium, vel defectum, nisi ex eo solum, quia in illi, aut contracti erant invalide ab illis, qui contra dictam Constitutionem in Domibus non designatis, sive ab eadem Sede non approbatis professi erant, auctoritate nostra praedicta confirmarent, & approbarent, ac validos omnino declararent: super quibus omnibus, & singulis plenam, & amplam facultatem dictae auctoritate tribuimus, & impartiri sumus, & alias prout in dictis Literis, quarum tenores praesentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur.

§.3. Cum autem, sicut dilectus filius Procurator Generalis Fratrum Ordinis Praedicatorum Nobis nuper exponi fecit, in nonnullis dicti Ordinis Provinciis novae oriantur difficultates, quae conscientias multorum sollicitas habent: Nobis propterea humiliter supplicari fecit dictus Procurator Generalis, ut super praemissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur omnem in praemissis ambigendi, seu hesitandi materiam e medio tollere, distorumque Fratrum quieti, quantum cum Domino possumus, consulere, ac Procuratorem Generalem praedictum specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis Regularium praepositorum consilio, auctoritate praedicta, tenore praesentium statuimus, atque ordinamus, quod in ratificationibus, sive novis professionibus faciendis in manibus Praelati nova Fratrum vocalium acceptatio nullatenus requiratur, sed statim professus intelligatur, & filius ejus Conventus, in quo professio-

Nunc declaratur opus non esse pro Fratr. Ord. Praedicti nova acceptatione Vocationalium.

professionem fecerat, supplendo cum simplici ratificatione, seu nova professione qualecumque requisitum, quod de jure requiretur, seu de facto occurreret. cum retentione eorum graduum, officiorum, honorum, dignitatum, vel præminentiarum, quibus ad præfens gaudent, ita tamen, ut qui de facto habitum regularem dimiserint, recipiantur, salva ordinis disciplina.

Decretum irritans.

§. 4. Decernentes, præfentes Literas validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac omnibus, & singulis, quos illæ concernunt, plenissime suffragari, irritumque, & inane, quidquid fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Obstantium derogatio.

§. 5. Non obstantibus præmissis, ac omnibus illis, qua in dictis Literis volumus non obstat, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 30. Januarii 1635. An. XII.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die trigesima Januarii 1635. Pontificatus nostri Anno Duodecimo.

CDLXXIV.

Ex Regest. in Secret. brev.

Confirmatio Literarum Pauli Tertii, Julii Tertii, Pauli Quarti, Pii Quarti, & Pii Quinti, Gregorii Decimimbertii, Sixti Quinti, & Clementis Octavi, quibus Familiae de Flisco Marchionatus Masserani, necnon Loca Crepacorii, Quirini, Fleccie, & Rino in Feudum perpetuum masculinum conceduntur cum onere Censum annuum Camera Apostolicæ persolvendi.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Constantis, & eximia devotionis affectus, quo Nos, & Romanam dilectus filius Nobilis Vir Paulus Bessus Ferrerius Fliscus modernus Princeps Masserani, & Comes Crepacorii Vercellen. Diocesis reveretur Ecclesiam, promeretur, ut his, quæ pro ejus utilitate, commodo, & tranquillitate concessa fuerunt, quo firmius persistant, apostolici muniminis præsidium impartiamur.

Paulus Tertius Marchionatus Masserani, & Feuda Crepacorii, Fleccie &c. Philiberto Flisco, ejusque filii in Feudum masculinum concessit.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dictus Paulus Bessus, quod alias felicis recordationis Paulus Papa Tertius Prædecessor noster Comitatum Masserani dictæ Diocesis, quem quondam Philibertus, etiam Ferrerius Fliscus ab eodem Prædecessore, & Camera Apostolica in Feudum recognoscebat in perpetuum, & Nobilem Marchionatum, cum jurisdictione, imperio, & gladii potestate, privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, facultatibus, libertatibus, præminentis, prærogativis, indultis, gratiis, signis quo-

que, & insigniis aliis perpetuis Nobilibus Marchionibus, tam in specie, quam in genere concedi solitis, & quibus alii Marchiones perpetui, & Nobiles eorum Marchionatus de jure, vel consuetudine, aut aliâ quomodolibet utebantur, potiebantur, & gaudebant, ac uti, potiri, & gaudere poterant quomodolibet in futurum, pro ipso Philiberto, quando in humanis ageret, & quondam Besso ipsius Philiberti primogenito, & sic de cætero, de primogenito in primogenitum, & illis deficientibus pro secundogenito, & ejus primogenito, ac successoribus primogenitis, motu proprio, & ex ejus certa scientia crexit, & instituit, ac perpetui, & Nobilis Marchionatus nomine, & titulo decoravit, Philibertumque, & Bessum, ac successores præfatos in perpetuos Marchiones Masserani creavit, ac eis, & pro tempore existenti Marchioni hujusmodi, quod jurisdictione, imperio, & gladii potestate, necnon privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, facultatibus, libertatibus, præminentis, prærogativis, indultis, & gratiis, signisque, & insigniis præfatis, necnon facultate eudendi, & eudi faciendi monetis modis, & formis tunc expressis, uti, potiri, & gaudere, ac alia per alios Marchiones in eorum Marchionatibus fieri solita, ut præfertur, facere, & exercere libere, & licite valerent, concessit, & indulgit: Et deinde, & certis aliis tunc expressis causis Crepacorii, Quirini, Fleccie, & Rino Castra, Terras, & loca dictæ Diocesis in Feudum a dicta Sede teneri solita cum omnibus illorum Territoriis, Districtibus, Villis, Vassallis, Hominibus, Incolis, & habitatoribus, Fortalitiis, Franchitiis, & Homagiis, aliisque juribus, & pertinentiis, ac omnimoda, alta, bassa, civili, & criminali jurisdictionibus, mero, & mixto imperio, ac gladii, & ne eis potestate, aliisque honoribus, oneribus, salariis, & regalibus consuetis, quatenus ad Prædecessorem, & Sedem præfatam, ac Camera Apostolicam spectarent, Philiberto tunc Marchioni, quando in humanis ageret, & deinde Besso, & dicto Francisco Philiberto ejusdem Belli primogenito, ita quod ex tunc de cætero perpetuis futuris temporibus de primogenito in primogenitum masculinum tantum, & de legitimo matrimonio procreatum transfret, ac primogenito deficiente, secundogenitus, ut præfertur, etiam in Castris, Terris, & Locis hujusmodi succederent, in Feudum nobile, honorificum, & antiquum pro annuo censu unius crateris argentei ponderis unius libra dictæ Camera in Vigilia, seu Feste Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum in Urbe solvendo, & aliis editis modo, & forma tunc expressis concessit, & assignavit: ac Terras, & Loca hujusmodi cum prædicto Marchionatu, prout antea Comitatus Masserani erat, reintegravit: illaque ad Philibertum, & Bessum Marchionem, eorumque futuros successores

fores præfatos transtulit, & de illis etiam investivit.

Quod successores Pontifices confirmaverunt.

§. 2. Erectionemque, investituram, concessionem, reintegrationem, & translatationem hujusmodi pie mem. Julii Tertii, Pauli Quarti, Pii Quinti, Gregorii Decimimbertii, & Sixti Quinti Romani Pontifices etiam Prædecessores nostri per suas desuper confectas Literas respective confirmaverunt, & approbaverunt, ipsique Pius Quartus, & Pius Quintus potiori pro cautela Castra, Terras, & Loca præfata Besso Marchioni, ejusque descendentibus masculis præfatis, & idem Sixtus Quintus etiam quondam Francisco Philiberto modo, & forma præmissis concesserunt, & assignaverunt.

Gregorius Decimus tertius restitutionem Crepacorii Francisco Philiberto Flisco a Sabaudia Duce factam ratam habuit.

§. 3. Et cum Crepacorii, & Comitatus pertinentiarum præfatorum bon. memoriæ Emanuel Philibertus Sabaudia Dux, & Pedemontium Princeps possessionem diu occupasset: juribus ipsius Francisci Philiberti, & suorum antecessorum prædictorum visis, & cognitis Gregorii Decimimbertii Prædecessoris præfati assensu, & beneplacito accedente illam dicto Besso Marchioni dimisit, & relaxavit.

Sixtus Quintus censum accipit in 10. ducat. auri commutavit.

§. 4. Cumque ratione dicti Marchionatus Masserani ipse Franciscus Philibertus censum unius Accipitris singulo biennio Camera præfata solvere solitus esset, idem Sixtus Quintus Prædecessor censum accipitris hujusmodi in decem ducatos auri dictæ Camera singulis annis eidem Camera Apostolicæ per eundem Franciscum Philibertum, & successores prædictos persolvendos commutavit, illosque ab ulteriori solutione dicti accipitris perpetuo liberavit.

Quæ omnia confirmavit Clem. VIII.

§. 5. Omnia vero, & singula præmissa fel. etiam rec. Clemens Papa Octavus similiter Prædecessor noster approbavit, & confirmavit prout in singulis dictorum Prædecessorum Literis continetur.

Paulus Bessus Ferrerius Fliscus prædictus Apost. Literas confirmari petiit ab Urbano

§. 6. Cum autem, sicut eadem expostio subjungebat, dictus Paulus Bessus annuum censum decem ducatorum auri de Camera, & crateris argentei ponderis unius libra Camera persolverit, & in futurum solvere paratus sit, ut firmiora illa existant, quæ sæpius a Sede præfata confirmantur; Cupit propterea dictus Paulus Bessus Ferrerius Fliscus Princeps singulis Literis Pauli Tertii, ac Julii Tertii, Pauli Quarti, Pii Quinti, Gregorii Decimimbertii, & Sixti Quinti, & Clementis hujusmodi Prædecessorum, omnibusque aliis, & singulis præmissis, nostrum, & dictæ apostolicæ firmitatis robur adici, sibi, & successoribus præfatis, in præmissis provideri. Quare Nobis humiliter supplicari fecit dictus Paulus Bessus, quatenus sibi in eisdem præmissis opportune provide de benignitate apostolica dignaremur.

Confirmat Pontifex.

§. 7. Nos igitur singularum Literarum investiturarum, & præmissorum omnium, & singulorum etiam anteriores, & totos tenores præsentibus pro plene, & sufficientibus Bull. Rom. Top. VI. Par. II.

ter expressis habentes, dictumque Paulum Bessum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, singulas præfatas Literas Pauli Tertii, Julii Tertii, Pauli Quarti, Pii Quarti, Gregorii Decimimbertii, Sixti Quinti, & Clementis Octavi Prædecessorum præfatorum, ac omnia, & singula in eisdem Literis contenta, & inde sequuta quæcumque licita tamen, & honesta, omnesque, & singulas investuras præfatas, Marchionatum Masserani, & Comitatum Crepacorii concernentia, sine tamen Sedis, & Camera Apostolicæ præjudicio, ita quod nullum novum jus dicto Paulo Besso Ferrerio Flisco moderno Principi Masserani, & Comiti Crepacorii, nec ejusdem Principis primogenito, aut cuicumque alteri per præfentes accrescat, nec quicquam de juribus Sedis, & Camera earundem, etiam contra Literas pie memoriæ Pii Papæ Quinti de non infeudandis, & alienandis rebus Ecclesiæ, & aliorum Romanorum Pontificum, ac etiam nostris decedat, verum omnia in statu, in quo erant ante præsentem confirmationem, remaneant, apostolica auctoritate, tenore præsentium perpetuo confirmamus, & approbamus, ac illis plenaria, & inviolabilis firmitatis apostolicæ robur adjicimus.

Contraria tollit.

§. 8. Non obstantibus præmissis, necnon Camera Apostolicæ Marchionatus, & Principatus, & Comitatus, Villarumque prædictarum, juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, consuetudinibus, usibus, & naturis, ac legibus etiam imperialibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis, illisque eorumque Superioribus, & personis, ac quibusvis aliis in genere, vel in specie, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, & decretis, etiam vim contractus, & Statuti etiam perpetui, seu legis inducentibus, etiam motu proprio, & ex certa scientia, & de apostolicæ potestatis plenitudine, etiam consistorialiter, & aliâ quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis, imposterum concedendis, & approbandis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, aut quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illis aliâ in suo robore permanens, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die 10. Febr. 1635. Pontificatus nostri Anno XII.

Dat. die 10. Febr. 1635. An. XII.